P. INTORCETTA

SINARVM SCIENTIA POLITICO-MORALIS.

Y
BL1850
I61

WWW.FONDAZIONEINTORCETTA.INFO

WWW.FONDAZIONEINTORCETTA.INFO

Kodak Color Control Patches
Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

V
BL1850
I61

26549

# SINARVM
# SCIENTIA
## POLITICO-MORALIS

殷 yīn 耶 iē
鐸 tŏ A 穌 sū
澤 çĕ 會 hoéi

P. PROSPERO INTORCETTA,
Sicvlo Societatis
IESV
IN
Lvcem edita
著 chú

METROPOLITAN LIBRARY
PEKING

WWW.FONDAZIONEINTORCETTA.INFO

| 值 chě 會 hoéi Moderatores Societatis IESV In Sinensi V. Provincia | 耶 yê 穌 sū 會 hoéi È IESV Societate | | |
|---|---|---|---|
| 郭 quě 納 nǎ 爵 ciě Ig[illegible] | 何 hô 大 tá 化 hoá [illegible]ntonius [illegible]ouuea [illegible]inus | 洪 hûm 度 tú 貞 chīn Humbertus Augeri Gallus | 張 chām 瑪 mà 諾 nǒ Emmanuel Georgius Lusitanus |
| [illegible] 我 nǐ Iacobus le Faure Gallus | [illegible] niě 伯 pě 多 tō Petrus Caneuari Genuensis | 聶 niě 仲 chúm 遷 ciēn Adrianus Greslon Gallus | 柏 pě 應 yīm 理 lì Philippus Couplet Flandrobelga |
| 利 lí 瑪 mà 弟 tí Matthias à Maya Lusitanus | 潘 puōn 國 quě 光 quām Franciscus Brancati Siculus | 穆 mǒ 迪 tiě 我 ngò Iacobus Motel Gallus | 魯 lù 日 gě 滿 muòn Franciscus Rougemont Flandrobelga |
| 成 chîm 際 çí 理 lì Felicianus Pacheco Lusitanus | 李 lì 方 fām 西 sī Io. Franciscus de Ferrariis Pedemontanus | 畢 pě 嘉 kiā Io. Dominicus Gabiani Pedemontanus | 恩 ngēn 理 lì 格 kě Christianus Herdtrich Austriacus |

鑒 kién 訂 tím

Recognoverunt

# FACVLTAS
## R. P. Viceprovincialis.

Ego infraſcriptus Societatis IESV in Sinis Præpoſitus Viceprovincialis poteſtate mihi factâ ab A. R. P. N. Ioanne Paulo Oliua Præp: Generali, do facultatem P. Proſpero Intorcetta ejuſdem Societatis, vt typis excvdendam curet Sinarvm Scientiam Politico-moralem: quod opvs primvm à P. Ignatio à Coſta, deinde à P. Iacobo le Favre, demvm à P. Mathia à Maya prædeceſſorib, meis approbatvm, & à dvodecim alÿs Patrib, Soc.tis noſtræ in Sinis recognitvm, & pvblicâ lvce dignvm judicatvm fvit. In qvorum fidem has manu meâ ſignatas, & ſigillo officÿ mei mvnitas dedi. In vrbe Qvàm chēu metropoli Sinenſis pvinciæ Qvàm tvm die 31. menſis Iulÿ. Anni 1667.

*Felicianus Pacheco.*

# AD LECTOREM

Non iniucundum tibi fuerit, Amice lector, ſi cauſas atque argumentum breuis opuſculi, laconicâ breuitate olim deſcripti à Principe Philoſophiæ ſinenſis Confucio, breuiter hic præcognoſcas. Scias itaque uelim, mihi e ſinis Romam proficiſcenti, res ſinicæ Miſſionis acturo, placuiſſe quidem Goæ potius, quæ foecunda Mater, et prima ueluti radix Orientalium miſſionum iure cenſeri poteſt, quam alibi terrarum, editionem hanc, in Sinis iam ante cæptam, proſequi atque perficere; ut ſcilicet publico Miſsionis bono propius ac citius conſuleretur; et opus ipſum orientale, orienti extremo proficuum, ſub auſpiciis APOSTOLI ORIENTIS ſucceſſu proſpero oriretur: quæ et fuerunt ſociorum uota, quando ijs, degentibus in exilio quantonienſi propter Chriſtum, poſtremum non ſine lachrymis vale dixi. De opuſculi utilitate, ſiue animarum lucro, atque incremento authoritatis, quod ex notitia opuſculi huius ac reliquorum Confucij, accedit præconi euangelico, uineam Chriſti ſinenſem, Couchinchinenſem, ac Tunkinenſem excolenti, non ipſe hic loquar (Iapones, aliæque nationes ſinarum imperio uicinæ, ſemper ſapientiæ primas ſinicæ genti detulerunt) eam tamen utilitatem magnam eſſe neceſſe eſt fateantur europæorum hominum quotquot, præter idioma gentis, literas quoque atque Priſcorum libros accurate didicerunt; et quotquot ſententias, quibus referti ſunt libri, placita, inſtituta, maximeque peruetuſta monumenta, in proprios nunc uſus conuertunt; ſic ut ſibi aditum aperiant ampliſſimum ad afferendam literatæ genti VERI SVMMIQVE NVMINIS notitiam: ut non loquar de primis Sinicæ Miſſionis Patribus, quorum directione atque induſtriâ in more fuit poſitum, uel ab ipſis Miſſionis exordijs, ut quicumque in ea Chriſti Præcones uerſarentur, Confucij libris accurate peruoluendis darent operam: niſi prædeceſsores noſtri magnam inde utilitatem oriri poſse uſu ipſo didiciſsent, ecquis iudicabit, eos et ſibi et poſteris, ſine ullo animarum lucro, tantum onus imponere uoluiſse? Hæc itaque omnia (præter ea quæ in EXPLANATIONE SCIENTIAE SINARVM POLITICO-MORALIS paulo fuſius declarantur) me impulerunt ad hoc opuſculum Goæ proſequendum, perficiendumque.

Opuſculi uerò titulus et argumentum eſt, CHVM YVM, MEDII ſcilicet, ſeu AVREAE MEDIOCRITATIS CONSTANTIA. çu ſu, Confucij nepos ex filio, hunc librum vulgauit; et quædam de ſuo addidit; ſed et deſiderantur multa; ſic ut fragmentorum uerius quàm libri ſpeciem habeat: ob hanc cauſam; et quia doctrinæ quæ traditur ſublimitas, quandoque ipſius naturæ limites uidetur excedere, hunc librum ſinenſes magiſtri tanquam ſuboſcurum captuque difficilem, cùm numero ſecundus ſit, poſtremo tamen loco in ſcholis exponunt: eſt interim præconi euangelico (uti ſuprà dicebam) ſane utilis, quatenus et morum egregius magiſter eſt, et natu-

ræ

tali lumini vitiorum tenebris offuſo, ceu auroræ beneficio, eam veritatis lucem ſubminiſtrat, quæ Soli evangelico prælucet, viamque pandat.

Vt autem hic europæo lectori, antiquitatis non minùs, quàm veritatis amanti, quidpiam præberem condimenti, quo poſſet laconicæ lectionis tædium ſibi adimere, aut ſaltem minuere, Confucij vitam, ex præcipuis ſinarum monumentis erutam, ad finẽ huius opuſculi addendam eſſe cenſui: non eo quidem conſilio, quod cum Seneca vel Plutarcho ſinenſem hūc Philoſophum conferri velim, ſed ut in Europa noſtra tanto viro nobilitatis tam antiquæ, Europæorum æqua æſtimatio ſuum illud duntaxat, quod meretur, pretium daret. Rogo tamen te, lector benevole, ut, ſi forte quis velit de Confucij doctrina tecum diſſerere, vel eum cum Europæis Philoſophis comparare, tuam non prius ſententiam feras, quàm alibi accurate perlegas, cùm huius opuſculi, tùm reliquorum Confucij, explanationem: ex qua profectò plurimum tibi lucis accedet ad ferendam ſine erroris periculo iudicium.

Demum ad opuſculi praxim, et ordinem quod ſpectat, hæc ſunt notanda: 1. ſinica verba, ſeu literas, quæ in altera eiuſdem paginæ columnâ cum ſuis numeris appoſitæ ſunt, Philoſophi textum eſſe, atque ordine ſinico, a ſuperiori ſcilicet deorſum deſcendendo, et a læva ad dexteram, legi oportere; quibus ex adverſo in altera columnâ ſub iiſdem numeris latina verba reſpondent. 2. ſinicos characteres, quibus nullus eſt numerus ſuperadditus, eſſe particulas quaſdam, quæ vel ornatus gratiâ apponi ſolent, vel vim habent interrogationis, præpoſitionis, admirationis, etc. 3. ſiqua hîc accentuum, vel pronunciationis diverſitas occurrat, meminerit Sinicæ Miſſionis tyro, eam non mihi, ſed Interpretum directioni; europæarum quoque literarum diſſimilitudinem non inconſtantiæ, ſed penuriæ minutiorum characterum attribuere: ob hanc enim penuriam factum eſt, ut in dimidio opuſculi poſteriore, quod a typis caret, (dimidium alterū ſinicis typis excuſum eſt) intra parentheſes clauderentur quæ claritatis gratiâ textui interpoſita fuerunt, quæque aliàs minutiori charactere imprimi debuiſſent. 4. Notæ appoſitæ in margine ſunt. f. p. §. Prima denotat folium textus ſinici, iuxta ordinem impreſſionis Nân kīm editæ, Authore Chu Hi, qui liber vulgò dicitur Su Xu çie chu. Secunda indicat paginam, ſeu potiùs eiuſdem paginæ faciem unam (apud ſinas folij unius ambæ facies unico ſignantur numero). Tertia oſtendit paragraphum, ſive lineam illam, quæ in ipſo Philoſophi textu aliquali ſpatio diſtat ab altera. Hæc ſunt quæ obiter indicanda volui, omiſſis quæ de accentibus, et modo pronunciandi ſinico alibi explicantur: neque enim eſt animus minutijs ſingulis hîc perſequendis inſiſtere. Fruere, et vale.

Omnium Servus
Proſper Intorcetta.

SCIENTIÆ SINICÆ

# LIBER

SECVNDVS

| | | |
|---|---|---|
| Chv̄m | 中 | Medivm |
| Yv̂m | 庸 | Conſtanter tenendvm |

VERSIO LITERALIS

WWW.FONDAZIONEINTORCETTA.INFO

F. p. 1. §. 1. Quod à cœlo inditum *eſt* dicitur natura *rationalis*: *quod* conformatur *huic* naturæ, dicitur regula: reſtaurare *hanc* regulam dicitur inſtitutio.

§. 2. Regula *hæc* non poteſt momento temporis abeſſe: *si* poſſet abeſſe; non *eſſet* regula. Hac *de* cauſa perfectus vir attendit *et* invigilat in his *etiam* quæ non videntur: timet *et* pavet in his *etiam* quæ non audiuntur.

F. p. 1. §. 3. Non apparent, *quia* recondita: non *ſunt* manifeſta, *quia* ſubtilia. Ideo perfectus vir invigilat ſui ſecreto.

§. 4. Gaudium, ira, triſtitia, hilaritas, priuſquam pullulent, dicuntur medium [illegible] *vix* pullularint,

天命之謂性。率性之謂道。脩道之謂教。

道也者不可須臾離也。可離非道也。是故君子戒慎乎其所不睹。恐懼乎其所不聞。

莫見乎隱。莫顯乎微。故君子慎其獨也。

喜怒哀樂之未發謂之中。發

而皆中節謂之和中也者天下之大本也和也者天下之達道也。致中和天地位焉萬物育焉。

仲尼曰君子中庸小人反中庸。君子之中庸也君子而時中小人之中庸也小人而無忌憚也。

& omnia attigerint eam menſuram; dicun-tur concordia. medium eſt orbis magnum fun-damentum: concordia eſt orbis vniuerſalis regula.

p.2. Perfectis medio et concordia; cæli ac terræ ſta-tus quietus, et omnium rerum propagatio vi-get.

L.1.p.2.§.1. Confucius ait: perfectus vir tenet me-dium: improbus præ-uaricatur medium.

§.2. Vir perfectus habet medium, et quia perfe-ctus eſt, ideo ſemper tenet medium. Im-probus etiam habet medi-um quod tenet; ſed quia im-probus, ideo non vere-tur illud prævaricari.

子曰中庸其至矣乎民鮮能久矣。

子曰道之不行也我知之矣知者過之愚者不及也道之不明也我知之矣賢者過之不肖者不及也。

人莫不飲食也鮮能知味也。

子曰道其不行矣夫。

L.1.p.1.§.1. Confucius ait: medium o quam illud ſub-lime! ſed e vulgo pau-ci illud teneant, iam diu eſt.

§.2. Confucius ait: cur via hæc non frequente-tur, ego noui; quia ſcili-cet prudentes tranſgre-diuntur; rudes non pertingunt. Cur item via hæc non ſit perſpe-cta, ego noui, quia ſci-licet ſapientes exce-dunt; inertes non attingunt.

§.1. Hominum nullus non bibit et comedit: ſed pauci valent digno-ſcere ſapores.

§.1. Confucius ait: viam hanc non frequenta-ri, proh! quam dolendum!

WWW.FONDAZIONECORCETTA.INFO

子曰舜其大知也與舜好問而好察邇言隱惡而揚善執其兩端用其中於民其斯以為舜乎

子曰人皆曰予知驅而納諸罟擭陷阱之中而莫之知辟也人皆曰予知擇乎中庸而不能期月守也

§2. Confucius ait: Xun *Imperatoris*, illius *quam* magna prudentia! Xun ſolebat conſulere *viros*, & ſolebat examinare *quæ-cunque etiam* vulgaria *eorum* reſponſa, diſſimulando mala, & deprædicando bona: arripienſque illorum *opinionum* duo extrema, utebatur eorum medio ad populum *regendum*. *Atque* hæc illa *fuere* propter quæ factus eſt Xun, *talis ſcilicet ac tantus Imperator*.

f.2.p.1. Confucius ait: hominum quivis dicit: ego prudens *ſum*; *ſed* ſi vero impellitur, mox incurrit *in* illa retia *et* laqueos, incidit *in* foveæ medium, & nequaquam ſcit effugere. hominum quilibet *item* dicit: ego prudens *ſum*: ſeligit medium; ſed non valet *per* ſpatium *unius* mentis ſervare.



子曰回之為人也擇乎中庸得一善則拳拳服膺而弗失之矣

子曰天下國家可均也爵祿可辭也白刃可蹈也中庸不可能也

子路問強

子曰南方之強與北方之強與抑而強與

寬柔以

p.2. §1. Confucius ait: Hoei *Diſcipulus, ille plenè* erat vir: ſeligebat medium: *et* aſſecutus unam *aliquam* virtutem, illam *arctè ſuo* ſtringebat, fovebat *in* pectore, & nunquam dimittebat.

§2. Confucius ait: Orbis regna poſſunt pacificè regi: dignitates *et* cenſus poſſunt recuſari: nudi enſes poſſunt calcari: *at* medium non poteſt *tam facilè* teneri.

f.6.p.2.§1. *Diſcipulus* Çu lu quæſivit de fortitudine.

§2. Confucius ait: *de* Auſtralis *ne* regionis fortitudine, *vel de* Borealis regionis fortitudine; an *de* veſtra fortitudine *quæ-ris*?

§3. *Eſſe* largum, leniemque in

Kodak Color Control Patches
Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



教不報無道南方之强也君子居之 衽金革死而不厭北方之强也而强者居之 故君子和而不流强哉矯中立而不倚强哉矯國有道不變塞焉强哉矯國無道至死不變强哉矯

子曰素隱行

*clementi* inſtitutione; nec *immoderatas* pœnas exigere à refractarijs: Auſtralium regionum fortitudo *eſt: et in hac* perfecti viri immorantur.

§.2. Cubare lanceas *ſuper, et* loricas: mori, & non pertimeſcere: Borealium regionum fortitudo *eſt*, & *in hac* fortes immorantur.

p.2. §.1. Itaque virum perfectum accommodare ſe *aliis*, & non diffluere; *hæc* fortitudo proh quanta! in medio *autem*, *ipſum unum* rectum ſtare, & nunquam inclinare; *hæc* fortitudo proh quanta! *ſi in regno* vigeant virtus *ac leges*, non mutari, *nec* intumeſcere; *hæc* fortitudo proh quanta! *ſi in regno iaceant virtus ac leges, etiam* redactum ad mortem, non mutari, *hæc* fortitudo proh quanta!

§.2. Confucius *ait*: ſectari recondita *et* patrare



怪後世有述焉吾弗爲之矣 君子遵道而行半塗而廢吾弗能已矣 君子依乎中庸遯世不見知而不悔唯聖者能之 君子之道費而隱 夫婦之愚可以與知焉及其至也雖聖人亦有所不知

miranda, *ut* poſteris ſæculis ſint qui deprædicent, id ego non fecero.

f.2. p.1. §.1. Perfectus vir aggreditur viam, & progreditur. *progredi ad* medium viæ, & deficere; ego non poſſem *ſic* ſiſtere.

§.2. Perfectus vir conformat *ſe* cum medio. fugere ſæculum; non videri, *nec* cognoſci; & id non ſentire, ſolus ſanctus poteſt.

p.2. §.1. Perfectorum regula ampla *eſt*, & ſubtilis.

§.2. Viri fœminæque rudes, poſſunt *tamen* accedere *ad* notitiam; *at* pervenire ad huius apicem, quamvis *ſit* ſanctus, equidem habebit quod non ſciat.

WWW.FONDAZIONEINTORCETTA.INFO

焉。夫婦之不肖，可以能行焉。及其至也，雖聖人亦有所不能焉。天地之大也，人猶有所憾。故君子語大，天下莫能載焉；語小，天下莫能破焉。

詩云：鳶飛戾天，魚躍于淵。言其上下察也。

君子之道，造端乎

Viri fœminæque inutiles, fieri poteſt, ut queant iuxta regulam operari: at pervenire ad hujus apicem, quamvis ſit ſanctus, etiam quidem habebit quod non poſſit. Cœlum et terra cum magna ſint; homines adhuc habent, quod de his conquerantur. Igitur ſi de perfecti viri agamus magnitudine; Orbis univerſus non poteſt eam capere ac ſuſtentare: ſi agamus de ſubtilitate; Orbis totus non poteſt eam perrumpere.

f. 8 p. 1. §. 1. Oda ait: yuen avis volando penetrat cœlos: piſcis immergitur in pelagus: id eſt (inquit Çu Su) illa ratio in ſummis, et imis manifeſtatur.

§. 2. Perfecti viri regula ducit initium ab



夫婦。及其至也，察乎天地。

子曰：道不遠人。人之為道而遠人，不可以為道。

詩云：伐柯伐柯，其則不遠。執柯以伐柯，睨而視之，猶以為遠。故君子以人治人，改而止。

忠恕違道不遠。施諸己而不願，亦

homuncionibus ac mulierculis; extenditurque usque ad ſuum apicem, manifeſtatur in cœlo et terra.

p. 2. §. 1. Confucius ait: regula non longè eſt ab homine: ſi quam ſibi homines fabricent regulam, quæ longè ſit ab homine; non poteſt ea cenſeri regula.

§. 2. Oda ait: cum quis excidit uno manubrio, excindit formamque manubrium aliud; hujus exemplar non longè abeſt. Arripiens manubrium (ait Confucius) ut ſibi excindat formamque aliud ſimile manubrii, obliquè contuetur, & explorat, et adhuc tamen abeſt longiùs. Ideo vir perfectus per hominem regit hominem: qui emendetur, tum acquieſcit.

f. 9 p. 1. §. 2. Qui omni cum fide ac ſynceritate ex ſe metitur alios, diſcedit à regula non procul. Hoc autem eſt quod fieri ſibi, quod non optat, itidem

non faciat erga alios.

§.2. Perfecti viri regulæ ſunt quatuor: ego Kieu Confucius necdum ſeruo vnam: quod enim exigitur à filiis, vt ſeruiant parentibus, nondum exactè ſeruo: quod exigitur à ſubditis, vt ſeruiant Regi, nondum perfectè ſeruo: quod exigitur à fratribus natu minoribus, vt ſeruiant maioribus; nondum ad amuſſim ſeruo: quod exigitur inter amicos, vt alter alteri primas deferat; needū iam obſeruo. Perfectus vir ordinarias has virtutes exercet, et in quotidianis ſermonibus circumſpectus eſt. Si quid eſt, in quo deficiat, non audet non ſibi vim facere. ſi habeat verborum copiam, non audet totam effundere. verba reſpondent

勿施於人 君子之道四丘未能一焉所求乎子以事父未能也所求乎臣以事君未能也所求乎弟以事兄未能也所求乎朋友先施之未能也庸德之行庸言之謹有所不足不敢不勉有餘不敢盡言顧



行行顧言君子胡不慥慥爾 君子素其位而行不願乎其外 素富貴行乎富貴素貧賤行乎貧賤素夷狄行乎夷狄素患難行乎患難君子無入而不自得焉 在上位不陵下在下位不援上正己

operibus; opera reſpondent verbis. Vir perfectus quomodo non ſit ſolidus, ac ſtabilis hoc modo!

Cap. 14. §.1. Perfectus vir pro ratione ſui ſtatus agit; nec cupit quidquam ab hoc alienum.

§.2. Si exiſtat diues, et honoratus; agit vt diues, et honoratus: ſi exiſtat pauper, et ignobilis; agit vt pauper et ignobilis: ſi exiſtat alienigena; agit vt alienigena: ſi verſetur inter ærumnas; agit pro ratione ſtatus ærumnoſi. Perfectus vir nuſquam intrat, vbi non ſit ſuâ ſorte contentus.

§.3. Conſtitutus in ſuperiori dignitate, non inclementer tractat inferiores; conſtitutus in inferiori dignitate, non adulatur ſuperioribus. perficit ſe

& non quærit *ærumnarum ſuarum cauſam* in aliis: adeoq; nunquam indignatur ſupra: non queritur de cœlo; infra non culpat homines.

§.4. Ideo perfectus vir commoratur in plano, vt expectet cœli ordinationem: improbus ambulat vias periculoſas, vt quærat gratuita.

p.2. §.1. Confucius ait: ſagittarius habet ſimilitudinem cum viro perfecto: *ſi* aberrat à depicto ſcopo; reflectens exquirit *erroris cauſam* à ſuamet perſona.

§.2. Perfectorum regula *eſt* inſtar facientis iter longinquum; vtique à propinquiori *incipit*: *vel* inſtar ſubeuntis *in* altum, vtique ab infimo *incipit*.

§.3. Oda ait: vxor amans concordiæ *eſt*

而不求於人則無怨上不怨天下不尤人。

(§.4.) 故君子居易以俟命小人行險以徼幸。

(p.2. §.1.) 子曰射有似乎君子失諸正鵠反求諸其身。

(§.2.) 君子之道辟如行遠必自邇辟如登高必自卑。

(§.3.) 詩曰妻子好合





inſtar pulſantis cymbala: fratres vbi concordant; concordiæ gaudium vtique diu perſeuerat, *et* rectè ordinatur tua domeſtica familia; exhilaratur tua vxor, filij *ac* nepotes.

§.4. Confucius ait: pater *hoc modo, et* mater; ipſi *o quam* læti *et* tranquilli viuent!

f.11. p.1. §.1. Confucius ait: ſpiritibus ineſt operatiua virtus; *ac hæc quidem quam* præſtans *eſt*.

§.2. *Illos quaſi* viſu percipis, & tamen non vides. *quaſi* auditu percipis, & tamen non audis: intimè ſociantur rebus, adeoque *ſunt ea, quæ res* non poſſunt dimittere.

§.3. Efficiunt, *ut* Orbis homines *fiant* puri, *et* mundi, *ac* ſplendidiorem habitum *induant, vt* offerant ſacrificia. O multitudo immenſa *ſpirituum*! *ac ſi*

如鼓瑟琴兄弟既翕和樂且耽宜爾室家樂爾妻帑。

(§.4.) 子曰父母其順矣乎。

(f.11. p.1. §.1.) 子曰鬼神之為德其盛矣乎。

(§.2.) 視之而弗見聽之而弗聞體物而不可遺。

(§.3.) 使天下之人齊明盛服以承祭祀洋洋乎如

WWW.FONDAZIONEINTORCETTA.INFO

aſſiſterent ipſis supernè: ac ſi aſſiſterent ipſis ad læuam & dexteram.

p.2. §.1. Oda ait: Spiritus aduentant, non poteſt determinari: quanto minus poterit, ſi negligenter excolatur!

§.2. Huius ſubtilitatis manifeſtatio reuerâ non poteſt occultari: ſic eſt omnino.

§.12. p.1. §.1. Confucius ait: Xun, illius quàm magna obedientia! virtute fuit ſanctus: dignitate fuit Imperator: opulentia obtinuit quidquid quatuor maria intra ſe: in maiorum templis ſacrificabat: & filios & nepotes conſeruauit.

§.2. Ideò magna ipſius virtus haud dubiè obtinuit tantam illam dignitatem: haud dubiè

在其上如在其左右(§.)詩曰神之格思不可度思矧可射思(§.)夫微之顯誠之不可揜如此夫(§.)

子曰舜其大孝也與德為聖人尊為天子富有四海之內宗廟饗之子孫保之(§.)故大德必得其位必

obtinuit maiores illos cenſus: haud dubiè obtinuit tantum illud nomen: haud dubiè obtinuit illam tam longæuam ætatem.

§.3. Etenim cœlum in productione rerum haud dubiè accommodat ſe earum diſpoſitionibus, & dat incrementa: ideo quæ rectè conſita fouet, deiecta deſtruit.

§.4. Oda ait: laudandus iubilis perfectus vir: reſplendet eius præclara virtus: quæ populi ſunt, tribuit populo: quæ competunt magiſtratibus, tribuit magiſtratibus: recepit cenſus à cœlo: conſeruat ac protegit imperium: & ab ipſo cœlo bonis cumulatur.

§.5. Ideò tantæ virtutis vir vtique accepit Imperium.

p.2. §.1. Confucius ait: expers mœroris, is ſolus fuit

得其祿必得其名必得其壽(§.)故天之生物必因其材而篤焉故栽者培之傾者覆之(§.)詩曰嘉樂君子憲憲令德宜民宜人受祿于天保佑命之自天申之(§.)故大德者必受命(§.)子曰無憂者其惟

f.2.

文王乎以王季為父以武王為子父作之子述之

武王纘大王王季文王之緒壹戎衣而有天下身

不失天下之顯名尊為天子富有四海之內宗廟饗

之子孫保之

f.12. p.1.

武王末受命周公成文武

vên vâm *Rex*: quia vâm Ki fuit *ei* pater, *& quia* vû vâm fuit *ei* filius; *quæ pater eſt* orſus, filius perrexit.

§.2. Vû vâm *Imperator* propagauit *&* tái vâm *et* vâm Ki *avorum, et* vên vâm *patris* ſtirpem. ſemel arma induit, & obtinuit Imperium: *ſua* perſona nunquam amiſit *toto* orbe illuſtrem famam. dignitate fuit Imperator: opulentia obtinuit *quidquid* quatuor maria intra *eſt*: *in* maiorum templis ſacrificabat: filius *item ac* nepotes conſeruauit.

f.12. p.1. Vû vâm iam ſenior ſuſcepit Imperium: *deinde* Cheu cum (*patri ei frater*) adimpleuit Vên *et* Vû (*patris ac fratris*)

之德追王大王王季上祀先公以天子之禮斯禮也

達乎諸侯大夫及士庶人父為大夫子為士葬以大

夫祭以士父為士子為大夫葬以士祭以大夫期之

喪達乎大夫三年之喪達乎天子父母之喪無貴賤

virtutes poſthume ornauit Regulorum titulo *proavum* Tai vâm, *et avum* Vâm Ki. ſolemnius auguſtiuſque ſacrificabat defunctis maioribus iuxta Imperatorum ritus. *Et hi ergo maiores* ritus propagabantur ad Regulos *et* magnates, vſque ad literatos, *et* plebeios homines. *ſi* pater fuiſſet de magnatibus, *et* filius eſſet literatus; ſepeliebat *patrem* vt magnatem, *et* ſacrificabat vt literato. *ſi verò* pater fuiſſet literatus, *et* filius eſſet de magnatibus; ſepeliebat *patrem* vt litteratum, *et* ſacrificabat vt magnati. Vnius anni luctus pertingebat vſque ad magnates; *triennij verò* luctus pertingebat vſque ad Imperatorem. *In hoc* patris *et* matris *triennali* luctu non *alia* nobilium, *alia* ignobilium; *ſed*

一也。子曰武王周公其達孝矣乎。夫孝者善繼人之志善述人之事者也。春秋脩其祖廟陳其宗器設其裳衣薦其時食。宗廟之禮所以序昭穆也。序爵所以辨貴賤也。序事所以辨賢也。旅

vna omnium ratio.

p.2.§.1. Confucius ait: Vû vâm, & Cheû cûm, horum quàm propagata fuit obedientia!

§.2. Hi ſunt obedientes principes: præclarè valuerunt proſequi maiorum ſuorum voluntatem: præclarè valuerunt enarrare maiorum ſuorum illuſtria facinora.

§.3. Vere et autumno adornabant ſuorum avita templa; verè diſponebant eorum antiqua vaſa; exponebant eorum regias veſtes; offerebantq; illis temporis edulia.

§.4. p.1. §.1. Et quia erant maiorum templi ritus, propterea obſervabatur ordo aſſiſtentium ad lævam, et aſſiſtentium ad dexteram: item obſervabatur ordo dignitatis; ac propterea diſtinctio fiebat nobilium et ignobilium. præterea ordo tenebatur officiorum, quapropter et diſcrimen ſapientiorum. cum deinde omnes ſe



酬下為上所以逮賤也。燕毛所以序齒也。踐其位行其禮奏其樂敬其所尊愛其所親事死如事生事亡如事存孝之至也。郊社之禮所以事上帝也。宗廟之禮所以祀乎其先也。明乎郊社之禮禘嘗

[illegible] ministrent ad vina inferiores ministrabant maioribus, eoque propter ſibi vnitas illa pertingebat usque vnde etiam ad ignobiliores. Cum denique inter ſe [illegible] epularentur, canities [illegible]. Adeoque ratio dentium, id est ætatis habebatur.

§.5. Hi vero et Cheu cum proſequebantur ſuorum Maiorum dignitatem: exercebant eorum ritus: canebant eorum muſicam: et venerabantur, quos coluerant: et amabant, quæ quæ dilexerant: ſerviebant modo mortuis, acſi ſervirent adhuc viventibus: ſerviebant olim mortuis, acſi ſervirent adhuc ſuperſtitibus. ethic erat obedientiæ apex.

p.2.§.1. Sacrificiorum cœli et terræ ritus erat id, quo colebant ſupremum Imperatorem: et maiorum aulæ ritus erat id, quo ſacrificabant ſuis maioribus. Qui clarè intellexerit huius kiao Xe ritum [illegible]

中庸

之義，治國其如示諸掌乎。

哀公問政。子曰：文武之政，布在方策。其人存，則其政舉；其人亡，則其政息。

人道敏政，地道敏樹。夫政也者，蒲盧也。

故為政在人，取人以身，脩身以道，脩道以仁。

rimonias : adminiſtrabit regnū ea facilitate, ac ſi reſpiceret ad palmam manus.

§. Ngai ſum (Rex regulus) quæſiuit de regimine.

§. Confucius reſpondit : Vên et Vû Regum regimen adhuc extenſum extat in tabulis et tamen. ſimiles viri ſi exſtiterent, mox et ipſorum regimen vigeret : at ſimiles viri interierunt, ideoque et eorum regimen interijt.

f. 11. p. 1. §. 1. Hominum virtus expeditum reddit regimen ut terræ virtus accelerat incrementa plantarum : et eiuſmodi regimen eſt inſtar fluuiatilium cannarum.

§. Enimverò recta gubernatio pendet ab hominibus. Rex deligat homines ad normam perſonæ ſuæ. Excolitur autem perſona per regulam : perficitur regula per univerſalem amorem.

仁者人也，親親為大。義者宜也，尊賢為大。親親之殺，尊賢之等，禮所生也。

在下位不獲乎上，民不可得而治矣。

故君子不可以不修身；思修身，不可以不事親；思事親，不可以不知人；思知人，不可以不

§. Amare, hominis eſt : amare autem parentes, eſt præcipuum. Iuſtum eſſe, æquitatis eſt : colere autem ſapientes, eſt præcipuum. Hoc in amandis parentibus et propinquis diſcrimen, ac in colendis ſapientibus ordo, et officiorum ratione quædam veluti commenſuratè enaſcitur.

p. 2. §. 1. Pro huius loci explanatione omiſſis interpret lectorem iure f. 15. p. 2. §. 1.

§. Ideò perfectus Rex non poteſt non excolere ſuam perſonam. meditans excolere ſuam perſonam, non poteſt non ſeruire parentibus : meditans ſeruire parentibus ; non poteſt non cognoſcere homines : meditans cognoſcere homines, non poteſt non

WWW.FONDAZIONEMARCOCERETTA.INFO

Kodak Color Control Patches
Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

知天。天下之達道五，所以行之者三。曰君臣也，父子也，夫婦也，昆弟也，朋友之交也，五者天下之達道也。知仁勇三者，天下之達德也。所以行之者一也。或生而知之，或學而知之，或困而知之，及其知

cognoſcere cœlum.

§.3. Orbis uniuerſales regulæ *ſunt* quinque: ea quibus exercentur illæ *tria*: videlicet Regem *inter et ſub*ditum: patrem *inter et* filium: maritum *inter et* vxorem: fratres maiores *natu inter et* minores: *et* *ea quæ* amicos *inter eſt* ſocietatis *regula*. Hæ quinque *ſunt* Orbis generales viæ: *at* prudentia, amor *vniuerſalis, et* fortitudo: tria *hæc ſunt* Orbis generales virtutes: id *vero* quo exercentur *ipſæ*, vnum *quid eſt*.

f.10.p.2. Siue *quis* naſcatur ſciens: ſiue diſcendo ſciat: ſiue laborando ſciat: vbi pertigerunt ad ipſam ſcientiam



之一也。或安而行之，或利而行之，或勉強而行之，及其成功一也。子曰：好學近乎知，力行近乎仁，知恥近乎勇。知斯三者，則知所以脩身；知所以脩身，則知所以治人；知所以治人，則知所以治天下國

vnum *quid eſt*. Siue *quis* ſponte quieteque operetur; ſiue *ad* lucrum operetur; ſiue violente operetur: vbi pertigerunt *ad* ipſius complementum operis, vnum *quid eſt*.

p.2. §.1. Confucius ait: qui amat diſcere, appropinquat ad prudentiam: qui nititur operari; appropinquat ad amorem: qui nouit verecundari; appropinquat ad fortitudinem.

§.2. Si noſti hæc tria, iam noſti id quo excolitur perſona: *ſi* noſti id quo excolitur perſona; iam noſti id quo regas homines: *ſi* noſti id quo regas homines; iam noſti id quo regas *vniuerſi* Orbis re-

家矣。凡為天下國家有九經，曰：脩身也，尊賢也，親親也，敬大臣也，體羣臣也，子庶民也，來百工也，柔遠人也，懷諸侯也。脩身則道立，尊賢則不惑，親親則諸父昆弟不怨，敬大臣則不眩，體羣臣則士之

gia.

f. 17. p. 2. Quicunque regunt Orbis regna, habent has nouem regulas, videlicet: excolere ſeipſos: colere ſapientes: amare parentes *ac propinquos*: honorare præſtantiores miniſtros: accommodare ſeſe *cum* reliquis miniſtris: filiorum inſtar amare populum: accerſere plurimos artifices: benignè excipere e longinquo aduenas: *denique* fouere Regulos.

p. 2. §. 1. Si *rex* excolat ſeipſum; mox regulæ *illæ* vigebunt. Si colat ſapientes; iam non hæſitabit *in regendo*. Si amet parentes, aut *item* reliquos patruos, fratres maiores *natu ac* minores non *erunt* ſimultates: ſi veneretur præcipuos miniſtros; iam non caligabit *in regimine*. Si ſeſe accommodet *cum re*liquis miniſtris, iam *omnes* præfecti

報禮重。子庶民則百姓勸，來百工則財用足，柔遠人則四方歸之，懷諸侯則天下畏之。

§. 2. 齊明盛服，非禮不動，所以脩身也。去讒遠色，賤貨而貴德，所以勸賢也。尊其位，重其祿，

rependent obſequia (ſua) impenſius: (ſi) filiorum inſtar amet populum, tunc populus animabitur: (ſi) accerſat plurimos artifices; tunc diuitiarū ad vſum ſtatim affatim (erit: ſi) benignè excipiat e longinquo aduenas, mox quatuor terrarum (populi ad ipſum) ſe conferent: (ſi) foueat Regulos, iam toto orbe formidabilis (erit.)

§. 2. Abſtinentem (eſſe) puram (eſſe) graui cultu indui: illicita non attingere: ea (ſunt) quibus (regia) excolitur perſona. Repellere detractores: procul abeſſe á venereis: vilipendere opes; & magnipendere virtutē; ea (ſunt) quibus animantur ſapientes. In pretio habere ſuorum dignitatem: augere eorum reditus:

eadem

eidem (cum) illis amare, (et) odiſſe ea (ſūt,) quibus animatur (omnes ad) amādos parētes. Habet Præfectus inferiores (in) magno numero, (qui maioribus ſubordinati) ex officio (minora quæque negotia) adminiſtrēt; (eſt) id, quo animātur ſuperioris ordinis præfecti: ſuis fidere, (et) credere, ampláque (conferre) ſtipēdia ea (ſunt,) quibus animātur (Regij) miniſtri. Cōgruo tēpore occupare (populū; et) moderari vectigalia ea (ſūt,) quibus animatur populus. Quotidie examinare, (et) quouis menſe per ſe explorare, (an operariorū) alimēta reſpōdeāt operi; (eſt) id, quo animātur opifices. Proſequi abeūtes, (et) comiter excipere aduētātes, collaudādo (aliorū) præclaras dotes, & miſerādo (aliorū) imbecillitatē; (eſt) id, quo benigne tractātur e longinquo aduenæ.

Per

同其好惡，所以勸親親也。官盛任使，所以勸大臣也。忠信重祿，所以勸士也。時使薄斂，所以勸百姓也。日省月試，既稟稱事，所以勸百工也。送往迎來，嘉善而矜不能，所以柔遠人。

Perpetuare (Regulorum) intereuntes familias, (et) erigere (eorundem) collabentia Regna, moderando tumultus (et) propulſando pericula: celebrare Regulorū comitia, (et) excipere (eorū delegationes) iuxta (ſtatuta) temporū (et) iure tractare abeuntes, & moderari aduētantiū munera; ea (demū ſunt) quibus fouentur Reguli.

f. 18. p. 2. §. 1. Quicūque regūt orbis Regna, habēt (prædictas) nouē regulas: id (uero) quo exercēt illas, unū (eſt).

§. 2. (Si) omnes res (et) actiones (quæ ſpectāt ad prædictas regulas) præcogitētur; hoc ipſo ſolidæ ſubſiſtēt: (ſi uero) non præmeditatæ (fuerint;) hoc ipſo inceſſū abibūt. (Sic ſi) uerba prius determinaueris; hoc ipſo nō cōſpitabis: (Ū) res agēdas prius ſtatueris; eo ipſo (deinde) non angeris: (ſi) opus (ipſum)

præ

也。繼絕世，舉廢國，治亂持危，朝聘以時，厚往而薄來，所以懷諸侯也。凡為天下國家有九經，所以行之者一也。

凡事豫則立，不豫則廢。言前定則不跲，事前定則不困，行

prædeterminaverit, hoc ipſo (deinde) non (et) pigebit (ſi itaque) regula (recte rationis) prius fixa firmaque (fuerit) tum indeficiens (tibi eius uſus erit.)

§. 2. (Si) conſtituti (in) inferiori dignitate nõ obtinẽt gratiã apud ſuperiores; populus nequit fieri ut regatur (ad) obtinendã (autẽ) gratiã apud ſuperiores datur regula: (ſi) nõ ſeruent fidẽ cũ amicis; nec obtinebũt gratiã apud ſuperiores (Ad) ſeruandam fidem cum amicis datur regula: (ſi) non ſint obſecundantes erga parentes; nec ſeruabunt fidem cum amicis. (Vt ſint) obſecundantes erga parentes, datur regula: (ſi) reflectentes ad ſuammet perſonam, (compererint ſe) non ſynceros (eſſe;)

nec

前 çien 定 tim 則 çe 不 pu 疚 kieu 道 tao 前 çien 定 tim 則 çe 不 pu 窮 kium。§. 2. 在 çai 下 hia 位 guei 不 pu

獲 hoe 乎 hu 上 xam 民 min 不 pu 可 co 得 te 而 lh 治 chi 矣 y。獲 hoe 乎 hu 上 xam 有 yeu 道 tao 不 pu 信 sin

乎 hu 朋 pum 友 yeu 不 pu 獲 hoe 乎 hu 上 xam 矣 y。信 sin 乎 hu 朋 pum 友 yeu 有 yeu 道 tao 不 pu 順 xun 乎 hu

親 çin 不 pu 信 sin 乎 hu 朋 pum 友 yeu 矣 y。順 xun 乎 hu 親 çin 有 yeu 道 tao 反 fan 諸 chu 身 xin 不 pu 誠 chim。

nec (erunt) obſecundantes erga parentes. (Ad) ſyncere perficiendam ſuam-met perſonã, (ſeu ſeipſos,) datur regula: niſi exploratã habeãt rationẽ boni, nec ſyncere perficiẽt ſuãmet perſonã.

f. 19. p. 1. §. 1. Verè ſolidaque perfectione donatũ eſſe, cæleſtis (quædam eſt) ratio: (ad hãc) verã ſolidãque perfectionẽ contẽdere, humana (quædã eſt) ratio. Verè ſolidaque perfectione donatus non (ſibi) vim infert, & tamẽ attingit. Idem non operosè diſcurrit, & tamen aſſequitur: cum tranquillitate (et) facilitate attingit virtutem: (atque hic) ſanctus (eſt.) qui ad verã ſolidamque perfectionem contendit, ſeligit bonum, & fortiter illud tenet.

p. 2. §. 1. (Et hic quidẽ) multa perdiſcit (præmature) diſcutit quærenda:

atten

不 pu 順 xun 乎 hu 親 çin 矣 y。誠 chim 身 xin 有 yeu 道 tao 不 pu 明 mim 乎 hu 善 xen 不 pu 誠 chim 乎 hu 身 xin

矣 y。p. 1. 誠 chim 者 che 天 tien 之 chi 道 tao 也 ye 誠 chim 之 chi 者 che 人 gin 之 chi 道 tao 也 ye 誠 chim

者 che 不 pu 勉 mien 而 lh 中 chum 不 pu 思 su 而 lh 得 te 從 çum 容 yum 中 chum 道 tao 聖 xim 人 gin 也 ye 誠 chim

之 chi 者 che 擇 çe 善 xen 而 lh 固 cu 執 che 之 chi 者 che 也 ye。p. 2. 博 pŏ 學 hio 之 chi 審 xin 問 uen

Kodak Color Control Patches
Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black
WWW.FONDAZIONEMICCETTA.INFO

[illegible] (res inter se) clare distinguit: solide (ac) constanter operatur.

§.2. Sunt qui nolunt discere; (quia) discendo non proficiunt: ne (tamen) desistant: sunt qui nolunt interrogare, (quia) interrogantes non capiunt (responsa;) ne (tamen) desistant: sunt qui nolunt meditari, (quia) quod meditantur, non (facile) assequuntur; ne (tamen) desistant: sunt qui nolunt argumentari, (quia) argumentando non clare percipiunt; ne (tamen) desistant: sunt qui nolunt operari, (quia in) operando non (sunt) solidi (et) constantes; ne (tamen) desistant: (nam quod) alij unica vice assequi potuere; (tu) ipse (saltem) centesima (poteris: quod)

alij

之慎思之明辨之篤行之。§.2. 有弗學學之弗能弗措也有弗問問之弗知弗措也有弗思思之弗得弗措也有弗辨辨之弗明弗措也有弗行行之弗篤弗措也人一能之己百

alij decima vice assequi potuerunt; (tu) ipse (saltem) millesima (poteris.)

f.10.p.1. Revera (qui) servare valet hanc regulam; quamvis rudis (sit,) tandem (erit) clare intelligens; quamvis imbecillis (sit,) tandem fortis (evadet.)

p.2. Ratio vere solideque perfecta (est, simulque rerum omnium) intelligentia: dicitur natura, (seu, ratio a natura insita.) Seipsum (prius) illuminare, reddereque intelligentem, (ac deinde in) vera (virtute seu) perfectione solidare; dicitur institutio. (Qui) ratione perfectione donatus (est,) eo ipso intelligens (est: qui autem prius) veram intelligentiam (sibi comparavit,) potest deinde perfectus (evadere.)

f.11.p.1. Solum (in) universo (hoc) summe perfectus potest exhaurire suam naturam; (si) possit exhaurire suam naturam; jam potest exhaurire (aliorum etiam) hominum naturam: (si) possit

exhau

之。人十能之己千之。果能此道矣雖愚必明雖柔必强。p.2. 自誠明謂之性自明誠謂之教誠則明矣明則誠矣。f.11. p.1. 唯天下至誠為能盡其性能盡其性則能盡人之性能

盡 çin 1 人 gin 2 之 chi 3 性 sim 則 çe 4 能 nem 5 盡 çin 6 物 ue 7 之 chi 性 sim 8 能 nem 9 盡 çin 10 物 ue 11 之 chi 性 sim 12 則 çe 13 可 co 14

以 y 15 贊 çan 16 天 tien 17 地 ti 18 之 chi 化 hoa 19 育 yo 20 可 co 21 以 y 22 贊 çan 23 天 tien 24 地 ti 25 之 chi 化 hoa 26 育 yo 27 則 çe 28 可 co 29

以 y 30 與 yu 31 天 tien 32 地 ti 33 參 san 34 矣 y。 p. 2. 其 ki 35 次 çu 36 致 chi 37 曲 kio 38 曲 kio 39 能 nem 40 有 yeu 41 誠 chim 42 誠 chim 43

則 çe 44 形 him 45 形 him 46 則 çe 47 著 chu 48 著 chu 49 則 çe 50 明 mim 51 明 mim 52 則 çe 53 動 tum 54 動 tum 55 則 çe 56 變 pien 57 變 pien 58 則 çe 59 化 hoa 60

1 2 3 4 5
exhaurire hominũ naturã; iã poterit ex-
6 7 8 9 10
haurire rerũ naturas: (ſi) poteſt exhau-
11 12 13 14 15 16
rire rerũ naturas; iã poterit adiuuare
17 18 19
coelũ (et) terrã (in) productione (et) cõ-
20 21 22 23 24
ſeruatione (rerũ ſi) poteſt adiuuare coe-
25 26 27
lũ (et) terrã (in) productione (et) cõſer-
28 29 30 31 32
uatione (rerũ) iã (etiã) poterit cũ coelo
33 34
(et) terra ternariũ pricipiũ (cõſtituere.)
35
P. 2. Ab his (primi ordinis perfectis
36 37
viris) ſecedi (ſit, qui) nititur reſtaurare
38 38 38 38
modũ extinctã naturæ bonitatis parti-
39 39 39
culã: reſtaurires naturæ bonitatis par-
40 41 42
ticulã, poterũt obtinere ſolidã perfectio-
43 43
nẽ. ubi aſſecuti (fuerĩ.) ſolidã perfectio-
44 45 46
nẽ mox (illa) ſeſe prodet: (ubi) ſeſe pro-
47 48 49
diderit; mox illuceſcet: (ubi) illuxerit;
50 51 52
mox lucis radios late diffũdet: (ubi ita)
52 53 54
irradiauerit; eo ipſo motũ faciet (ani-
55 56
morũ: ubi) motũ fecerit; iã (morũ) mu-
57 58
tationẽ inducet: (ubi) mutationẽ indu-
59 60
xerit; eo ipſo cõuerſionẽ efficiet.

唯 guei 1 天 tien 2 下 hia 3 至 chi 4 誠 chim 5 爲 guei 6 能 nem 7 化 hoa 8。 f. 2. p. 2. 至 chi 9 誠 chim 10 之 chi 道 tao 11 可 co 12 以 y 13 前 çien 14

知 chi 15 國 que 16 家 kia 17 將 çiam 18 興 him 19 必 pie 20 有 yeu 21 禎 chim 22 祥 çiam 23 國 que 24 家 kia 25 將 çiam 26 亡 vam 27 必 pie 28 有 yeu 29 妖 yao 30 孽 nie 31

見 hien 32 乎 hu 33 蓍 xi 34 龜 quei 35 動 tum 36 乎 hu 四 su 37 體 ti 38 禍 ho 39 福 fo 40 將 çiam 41 至 chi 42 善 xen 43 必 pie 44 先 sien 45 知 chi 46 之 chi 47

不 pu 48 善 xen 49 必 pie 50 先 sien 51 知 chi 52 之 chi 53 故 cu 54 至 chi 55 誠 chim 56 如 ju 57 神 xin 58。 p. 2. §. 1. 誠 chim 59 者 che 自 çu 60 成 chim 61

1 2 3 4 5
ſolum (in hoc) mundo ſumme perfectus
6 7 8
efficere poteſt conuerſionẽ (huiuſmodi)
9 10 11
f. 2. p. 2. Summe perfecti virtus (ea eſt,
12 13 14 15 16
ut) poſſit præſcire (futura.) Cum Regia
17 18 19 20
familia proxime (eſt) erigenda; procul
20 21 22 23
dubio (paſſim) dantur fauſta prognoſti-
24 25 26 27
ca (cum) regiæ familiæ imminet occaſus,
28 29 30
procul dubio (paſſim) dantur infauſta
31 32 33
prognoſtica, (quæ et) manifeſtantur in
34 35
(herba) XI (dicta, et) teſtudine; (et (præ-
36 36 37 38
ſagio motu) percellunt corpus (humanũ.
39
At ſumme perfectus, cũm) calamitas,
40 41 42 43
(aut) felicitas proxime inſtat; (ſi) pro-
44 45 46 47
bis procul dubio præſcit iſtam, (id
48 49 50
eſt, felicitatẽ; ſi) improbis procul du-
51 52 53
bio præſcit illam, (id eſt, calamitatẽ)
54 55 56 57 58
Ideo ſumme perfectus (eſt) inſtar ſpi-
ritus.
59
P. 2. §. 1 (Eiuſmodi) vera ſolidaque
59 60 61
perfectio (eſt) ex ſeipſa perfectio:
&

& regula (eſt) ſui ipſius regula.

§. 2. (Hæc) uera ſolidaque ratio, (ſeu perfectio, eſt) rerum (omnium) finis (et) principium. (ſi) deſit (rebus hæc) uera ſolidaque ratio, (ſeu perfectio,) non erunt res. Hæc de cauſa ſapiens, (et) probus uir ueram (hanc) ſolidamque perfectionem æſtimat maximi.

§. 3. Vere perfectus (quia) non ipſe perficit ſeſe (ſolum,) &(hic) ſiſtit; propterea perficit (etiã) res (alias.) Perficere ſeipſum, amoris (eſt) perficere res, prouidentiæ (eſt. Et hæ quidem) natiuæ uirtutes (ſunt: has autem) unire applicando externis (et) internis; regulæ (eſt:) adeóque ſuis temporibus exercere, conuenientiæ (eſt.)

f. 23.

也 ye 而 lh 道 tao 自 çu 道 tao 也 ye §.2. 誠 chim 者 che 物 ue 之 chi 終 chum 始 xi 不 pu 誠 chim 無 vu

物 ue 是 xi 故 cu 君 Kiun 子 çu 誠 chim 之 chi 爲 guei 貴 quei §.3. 誠 chim 者 che 非 fi 自 çu 成 chim 已 Ki

而 lh 已 y 也 ye 所 so 以 y 成 chim 物 ue 也 ye 成 chim 已 Ki 仁 gin 也 ye 成 chim 物 ue 知 chi 也 ye 性 sim

之 chi 德 te 也 ye 合 ho 外 uai 內 nui 之 chi 道 tao 也 ye 故 cu 時 xi 措 çu 之 chi 宜 y 也 ye

f. 23. p. 1. §. 1. Propterea ſumme perfectus nunquam ceſſat.

§. 2. (Si) nunquam ceſſat, ergó perdurat; (ſi) perdurat, ergó per effectus ſe prodit.

§. 3. (Si) per effectus ſe prodit, ergó late longeque diffunditur; (ſi) late longeque diffunditur; ergó amplus, (et) profundus: (ſi) amplus (et) profundus; ergo ſublimis (et) clarus.

§. 4. (Quia) amplus (et) profundus; ideó ſuſtentat res: (quia) ſublimis (et) clarus; ideo protegit res: (quia) late diffuſus (et) perdurans; ideo perficit res.

p. 2. §. 1. Amplitudine, (et) profunditate, æquiparatur terræ: ſublimitate, (et) claritate, æquiparatur cœlo: latitudine, (et) duratione, abſque termino (eſt.)

§. 2.

f. 23 p. 1. §. 1. 故 cu 至 chi 誠 chim 無 vu 息 sie §. 2. 不 pu 息 sie 則 çe 久 Kieu 久 Kieu 則 çe 徵 chim

徵 chim 則 çe 悠 yeu 遠 yuen 悠 yeu 遠 yuen 則 çe 博 po 厚 heu 博 po 厚 heu 則 çe 高 cao 明 mim §. 4. 博 po

厚 heu 所 so 以 y 載 çai 物 ue 也 ye 高 cao 明 mim 所 so 以 y 覆 feu 物 ue 也 ye 悠 yeu 久 Kieu 所 so 以 y

成 chim 物 ue 也 ye p. 2. §. 1. 博 po 厚 heu 配 poi 地 ti 高 cao 明 mim 配 poi 天 tien 悠 yeu 久 Kieu 無 vu 疆 Kiam

§.2. Cùm ſit talis (ac) tantus, nõ (prius) exhibet ſeſe (atque oſtentat) ac tum deinde manifeſtus fit: non (prius) movet, ac tum deinde cōverſionē efficit: non (prius operoſo quodam virium molimine quidpiam) facit, ac tum deinde perficit.

§.3. Coeli terræque ratio poteſt unico verbo exhauriri: (et) hæc (quidem) in efficiendis rebus non (eſt quid) duplex, (ſed unicum quid et ſimplex:) adeoque hujus (ejuſdem in) procreandis rebus (virtus eſt) inſcrutabilis.

§.4. (Hæc itaque) coeli (et) terræ ratio lata (eſt, et) profunda, ſublimis (et) clara, latè diffuſa (et) perdurans.

§.5. Iam verò hoc coelũ (eſt) hæc lucis (et) fulgoris ſcintilla portio (at) veniẽdo ad ejus (totius molis) interminabilẽ (amplitudinẽ) ſol, luna, ſtellæ, ſignaque coeleſtia (in eo) ſuſpenſa continentur; univerſæ (ſtõ) res (ab eo) teguntur. Iam (vero) hæc terra (portio, quã calcamus, cum totã ejus mole collata, nihil est) unius pugilli terrei (eſt) quantitas: (at) veniendo ad (totius) ejus (molis) vaſtitatem (et) profunditatẽ, ſuſtinet mõtẽ HOA YO (dictũ) et tamen non gravatur: cõplectitur limi flumina, (et) maria, & tamen non inundatur: omniũ (eſt illa) rerum ſuſtentaculum. Iam hic (unius) mons unius (item) fruſti lapidei tantũ (quid eſt: at) veniendo ad ejus (totius molis) latitudinem (et) magnitudinem; plantæ, (et) arbores (ibi) naſcuntur; volucres, (et) feræ (ibi) commorantur: metalla (et) lapides qui pretioſi (in ejus) viſceribus latent in lucẽ prodeũt. Iã hæc aqua, unius (item

§.2. 如此者不見而章不動而變無為而成

§.3. 天地之道可一言而盡也其為物不貳則

其生物不測 §.4. 天地之道博也厚也高也明

也悠也久也 §.5. 今夫天斯昭昭之多及其無

窮也日月星辰繫焉萬物覆焉今夫地一撮

土之多及其廣厚載華嶽而不重振河海而

不洩萬物載焉今夫山一卷石之多及其廣

大草木生之禽獸居之寶藏興焉今夫水一

(item) cochlearis tantillæ (eſt) portio: (at) veniendo ad (totius) ejus (molis) inexhauſtam abyſſum; cete grandia, crocodili, ſerpentes, dracones, piſces, teſtudines, (in ea) procreantur: opes (denique ac) divitiæ (ex ea) enaſcuntur.

f. 24 p. 1. Oda ait: ô ſolius cœli virtus proh quàm alte recondita! nunquam ceſſat. quaſi diceret: (inquit Cu Su.) cœlum ideo eſt cœlum.

